

**6166** C. Iulio | Tyranno<sup>1</sup> | mag. q̄q.<sup>2</sup> colleg. | [f]abr. tignuar. Ostis | lustris XXII<sup>3</sup>. Huic | primum omnium uni|versi honorati sta|tuam ponendam | decreverunt | ob merita eius. | L. d. d. d.

*Ostiae in theatro rep. (XIV 370 vidi). — 1) Ad eundem hominem pertinet Eph. ep. 7, 1226. — 2) Magistro quinquennali. — 3) Cf. N. 6163 not. 4.*

**6167** d. m. | C. Similius Philocyrius | sevir Aug. idem q̄q., magister | quoquae (sic)<sup>1</sup> collegi fabrum tig|nuarior. Ost. lustris XXXVI, | item scrib. eiusd. numeri, fec. sibi | et Similiae Philete | coiugi unibyriae (sic), et | Similiae Romane | filiae, et libertis liber|tabusquae posterisque | eorum. In f. p. LXXX, in agr. p. XXIII. | Gaudenti et Lampadi<sup>2</sup>.

*Prope Ostiam rep., est Neapoli (XIV 418 vidit Mommsen). — 1) Fortasse sic errore quadratarii solutae litterae qq. — 2) Signa defunctorum ut videtur.*

**6168** L. Valerius Threp[t]us | fecit, mag. qq. | colleg. fabr. tignuariorum Ost[e]nsium, curat. | negotiantium fori vinari<sup>1</sup>, | qq. colleg. Geni fori | vinari, e . . . pe . . . patris | e[t] Valer[iae] . . . stae.

*Amalfiae, sed videtur ex ruinis Ostiensibus eo adlata (X 343. XIV 430 semel descripta saec. XVIII). — 1) Cf. supra N. 6146 not. 5.*

**6169** P. Aufi[dio Faustiano]<sup>1</sup> | . . . . . | . . . [patrono] | corporum mensorum | frumentariorum | et urinatorum, decurioni adlecto | Africae Hippone Regio, | corpus mercatorum | frumentariorum | q̄q. perpetuo.

*Ostiae rep. pone theatrum in area quae fuit fortasse forum coloniae (XIV 503 vidi). — 1) Nomen supplevi ex N. 1427, quem titulum idem homo nomine corporis mercatorum frumentariorum Ostiensium ponendum curavit.*

**6170** T. Testio Helpidiano | sevir Aug. idem q. q., | item patrono et q. q. | corporis treiec[t]us | marmorariorum, | IIII Testii Helpidiano, | Priscus, Priscianus | et Felix, filii et heredes, | patri dulcissimo.

*Salerni, sed videtur ex ruinis Ostiensibus eo adlata (X 542. XIV 425 aliquoties descripta saec. XVI).*

**6171** . . Paccio L. f. | q. pro pr., | Ostienses | naviculariei.

*Tibure (XIV 3605 bis descripta saec. XIX ineunte).*

**6172** P. Martio Quir. | Philippo | curatori viae Praenestinae, | aedilicio curuli<sup>1</sup>, v. q.<sup>2</sup> ab aerario, | tribuno fabrum navalium Portens.<sup>3</sup>, | corpus fabrum navalium | Ostiens., quibus ex s. c. coire licet<sup>4</sup>, | patrono optimo, | s. p. p. (In latere) dedicata III idus Apriles<sup>5</sup> | Scapula Tertullo et Tineio Clemente cos.<sup>6</sup>, | cura agentibus Calocaero lib. | et C. Vettio Optato, M. Clodio Minervale, qq. per.

*Ostiae rep., iam Neapoli (XIV 169 vidi). — 1) Exspectaveris v. aedilicio, vel scr. aedilicio. — 2) Viatori quaestorio. — 3) Fortasse fabri navales hi Portenses pars fuit corporis navalium Ostiensium. — 4) Idem corpus eodem die posuit titulum XIV 168. — 5) Natalis imperatoris Severi. — 6) A. 195.*